

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas Matronae honestiſſimae Margarethae Dasen/ hodie paratas, liberi relictī moestiſſimi expetunt, Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos, quo par est Studio invitat, audita duodecima in Aede Jacobaea : [P.P. Rostoch. Sub sigillo Rectoratus 22. Iun. Anno 1644.]


Rostochii: Kilius, 1644


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747409951>


Druck Freier  Zugang



18.
Cothman, J.,
in
M. Dase,
uxor. Th. Dobbin.
Rost. 1644.







RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor &
Professor.



Ad
EXEQUIAS
Quas

Matrona honestissima
MARGARETHÆ
SUSEN/

Vidua Tb. Dobbinii

hodie paratas, liberi relictī
mœstissimi expetunt,

*Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos, quō
par est Studio invitāt, audire duodecima in
Ede Mariana.*



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLIV.

RICTOR
Laportius Knochianus
JOHANNES COTTMAN

Theoretic Doctor &

Proctor

1711

322011

Quar

Ex Libris Bibliothecae

MARGARETAE

DE BETH

hodie pariter, hinc videri

in omnibus

Ordinis Cantuariensis

partis studii, hinc videri

in hunc

1711

1711

1711

ROSTOCK

THEATRO PUBLICO

1711



RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theol. D. & Professor.



Navigationem vitamq; humanam invicem conferri posse, utriusq; rei collatio, abundè testatur. Quemadmodum enim navigantes, in summo versantur, vitæ discrimine, ut hinc non immerito aliquot tantùm digitis, à morte remoti esse dicantur. Et hac consideratione illi robur & æs triplex circa pectus ascribitur, qui fragilem truci commisit pelago ratem primus, nec timuit præcipitem Africum decertantem, aquilonibus, nec tristes Hyadas, nec rabiem. Noti. Unde comicus inquit: nescis quid mali præterieris qui nunquam es ingressus mare. Ita vita hæc plena malorum ac calamitatum, ut non sine causa Cicero dixerit; quid fœ-

A 2

dus

dus nostra vita. Et idem seipsum brevitatis
consideratione consolans ait: noli putare mi-
hi aliam consolationem esse hujus ingentis
molestiæ, nisi quod spero non longiorem an-
nua fore. Deinde sicuti navigantes, post-
quam animam levibus crediderunt auris, ter-
rasq; post terga vident, ac inter vitæ mortisq;
vias versantur, portum in quem tendunt,
magno desiderio respiciunt. Haud aliter
qui vitæ hujus usura fruuntur, dum calami-
tatum venti, cum magno nubium afflictio-
num fragore concurrunt, portum deside-
rant, quem nos qui Christiani sumus, & in
Christum spem nostram ac totam fiduciam
unicè defigimus, tutissimum habemus. Pro-
inde Apostolo præunte: cupio dissolvi, &
esse cum Christo, ore & corde ingemina-
mus. Et hac in parte omnibus illis Chri-
stum ignorantibus feliciores. Quamvis
enim Cicero dicat: Portus præsto est, quo-
niam mors ibidem est, æternum nihil sen-
tienti receptaculum. Errat tamen magnus
ille vir, errorem aliquot jugera longum, cum
mors incredulis non ferat quietem, sed ini-
tium potius sit æternæ miseræ. Qui enim in
Christum non credit, ille post mortem in-

portu

portu non navigat. Solus enim Christianus non nomine tantum, sed omine talis, Christū redemptorem oculis fidei unicè intuens, hujus felicitatis particeps fit, ut de illo rectissimè dicatur: Hic homo in portu navigat. Hujus felicitatis compos facta est matrona honestissima MARGARETHA DASEN. Viri quondam integerrimi ac civis literati DN. THOMÆ DDBBZNS / relicta vidua. Nata illa in hunc mundum seculi superioris Anno 95. ipso Mariæ Magdalenaë die. Pater ipsi fuit vir Spectatissimus Dn. NICOLAUS DASE / Senator Reipubl hujus prudentissimus, Matrem habuit WIPREBOLZEN, Viri quondam spectatissimi Dn. NICOLAI BDLZEN / Senatoris hujus Reipub. filiam. Hisce progenita parentibus defuncta nostra, Sacramento initiationis Christo nomen dedit, & deinceps in vero Dei timore, ac virtutibus Christianis educata fuit. Tantosq; in iisdem fecit progressus, ut virjuvenis tum temporis florentissimus, latinæq; linguæ gnarus ac disertus, Dn. THOMAS DDBBZNS / Prudentissimi ac Spectatissimi Dn. STÉPHANI DDBBZNS /

A 3


Senat


Senatoris meritissimi filius, illam ambierit
& exambierit. Duravit autem divinâ gratiâ
conjugium hoc triginta & unum annos, nec
infœcundum fuit, accedente enim Dei be-
nedictione quinq; durante hoc matrimonio
progeniti sunt liberi, duo filij ALBER-
TUS & NICOLAUS & tres filiæ AN-
NA MARGARETHA, ELISABETHA,
MARGARETHA. Ex quibus liberis ordi-
ne naturæ inverso, duo matrem anteverte-
runt, ac mortalitatem morte deposuerunt.
ELISABETHA viro integerrimo ac Spe-
ctatissimo Dn, JOHAN BERENŒ/
Civi hujus Reipubl. primario nupsit. AL-
BERTUS extra patriæ fines industrium
agit negotiatorem. MARGARETHA au-
tem virgo pudicissima, matrem acerbis pro-
sequitur lacrymis. Cùm ante biennium de-
functæ nostræ maritus THOMAS BOB-
BYN/ negotiorum suorum causa ad regni
Daniæ Metropoli Hassniam proficiscere-
tur, ibidem naturæ debitum solvens, obiit.
Quem insperatum casum defuncta nostra
patienter animo, sicuti Christianam decuit
pertulit, ac in viduitatis statu permansit, re-
bus


bus suis non aliter ac si maritus desideratissi-
mus viveret, rectè prospiciens. Quia verò tum
mors mariti charissimi immatura, tum & aliæ
temporum horù difficultates, vires defunctæ
nostræ matronæ attriverunt, hinc ante tem-
p9 trimestre ægrotare cœpit, & toto illo tem-
pore, cum morbo conflictata fuit Et quamvis
morborum hostes, medicamenta scilicet, di-
ligenter fuerint applicata, nec medicus suo
defuerit officio, natura tamen, morbo supe-
rante, prostrata est. Sentiens defuncta nostra
præ foribus adesse ultimam omnibus exspe-
ctandam horam, sese viatico corporis & san-
guinis Christi instruxit & 19. Junii inter 4. &
matutinam piè obdormivit, post quam An-
nos 49 nata fuit. Quæ defunctæ nostræ pia-
fuerit cum alijs conversatio, quanta seduli-
tate verbum Dei audiverit, ijs notissimum,
qui familiarius illa usi sunt. Constituerunt
autem relictæ liberi mœstissimi defunctæ ma-
tronæ funeris processû adornare honorificû
hodie audita duodecima in templo Jacobæo.
Rogant itaq; Cives Academicos omnium or-
dinum honoratissimos, ut frequentia suâ de-
ductionem funeris exornent. Inter eun-
dum

dum verò & ipsi mortalitatis suæ erunt me-
mores & statum Germaniæ afflictissimum,
DEO devotis precibus commendabunt,
P. P. Rostoch. Sub sigillo Rectoratus
22. Jun, Anno 1644.











bus suis non aliter ac si maritus de-
mus viveret, rectè prospiciens. Quia
mors mariti charissimi immatura, et
temporum horū difficultates, vires
nostræ matronæ attriverunt, hinc
p̄ trimestre ægrotare cœpit, & toto
pore, cum morbo conflictata fuit. Et
morborem hostes, medicamenta si-
ligenter fuerint applicata, nec me-
defuerit officio, natura tamen, mo-
rante, prostrata est. Sentiens defun-
præ foribus adesse ultimam omni-
ctandam horam, sese viatico corpo-
guinis Christi instruxit & 19. Junii
matutinam piè obdormivit, post q̄
nos 49 nata fuit. Quæ defunctæ na-
fuerit cum alijs conversatio, quan-
tate verbū Dei audiverit, ijs noti-
quis familiarius illa usi sunt. Con-
autem relictī liberi mœstissimi defun-
tronæ funeris processū adornare ho-
hodie audita duodecima in templo
Rogant itaq; Cives Academicos om-
dinum honoratissimos, ut frequent-
ductionem funeris exornent. It

